

ἐραστῶν legitur Ἰρασέων, quod Leuncl. in margine posuit; unde Ernesti in textum recepit, post etiam in MS. Vind. 2. repertum. In MS. Vind. 1. erat ὀρασέων, vitiose pro Ἰρασέων. Verum nec Ἰρασέων satis recte τοῖς σωφρονικοῖς opponitur. Optime omnium difficultatem expedit anonymus Anglus a Simfano laudatus, qui transpositionem suavit verborum Ἰρασέων et ἀνοήτων, ut legatur: εἰς τὸ Κρ. ἐνόμιζες εἶναι τῶν σωφρονικῶν ἀνδρώπων μᾶλλον ἢ τῶν ἀνοήτων, καὶ τῶν προνοητικῶν μᾶλλον ἢ τῶν Ἰρασέων τε καὶ ῥιψοκινδύων. Et quoniam ille hanc emendationem nullis argumentis ornatam, tanquam filiam indotatam in publicum propulit, age eam, ut facilius doctis viris probetur, veritatis insignibus exornemus. *Primum* σωφρονικός optime et aptissime τῷ ἀνοήτῳ opponitur. Nam ut illud *proprie* hominem sanae mentis, sic hoc *insanum* ac *dementem* significat. Deinde ut σώφρων, σωφρονικός, σωφρονεῖν transferuntur ad eam mentis sanitatem, quae in abstinentia a libidine et castitate cernitur; sic ἀνόητος transfertur ad insanam et effusam libidinem. Non enim solum τὰ ἀνόητα apud Aristophanem dicuntur *res venereae*, sed plane ut h. l. v. c. apud Demosthenem orat. in Neaeram σωφρονέστερα γυναικες opponuntur ταῖς ἀνοήτοις, (ed. Reisk. Vol. II. p. 1383. ed. Francof. p. 879.) sic ut illae sint mulieres *honestae* et *castiores*, hae vero *lascivae* et *libidinosae*. Eodem modo τῷ σώφρονι opponitur ὑβριστής, ut apud Aristoph. Nub. 1064. ubi ὑβριστής est *intemperans in re venerea*. Atque hoc vocabulum recte vidit Ruhnkenius aptius saltem h. l. esse, quam ἐραστῶν, aut Ἰρασέων. Tamen ei praeferendum est ἀνοήτων. Nam h. l. verbo opus est, quod *proprie* quidem insaniam, *trahate* autem ac *recte* et audaciam et effusam libidinem significet. Haec omnia conveniunt in ἀνόητος, secus est in ὑβριστής, quod *proprie* contumeliosum notat. Deinde, ut hac transpositione verborum Ἰρασέων et ἀνοήτων enitescit oppositio in priore membro, sic multo jam aptius con-